

ПРОТИВ ПРАКСЕЈА*

ADVERSUS PRAEAEAN

(ПОГЛАВЉА 6–7)

Quintus Septimius Florens
Tertullianus

Квинт Септимије Флоренс
Тертулијан

Сар. 6. Haec vis et haec divini sensus dispositio apud scripturas etiam in sophiae nomine ostenditur. quid enim sapientius ratione dei sive sermone? itaque sophiam quoque exaudi, ut secundam personam conditam : primo, Dominus creavit me initium viarum in opera sua, priusquam terram faceret, priusquam montes collocarentur; ante omnes autem colles generavit me – in sensu suo scilicet condens et generans. Dehinc adsistentem eam ipsa separatione cognosce: Cum pararet, inquit, caelum aderam illi simul; et quomodo fortia faciebat super ventos quae sursum nubila, et quomodo tutos ponebat fontes eius quae sub caelo, ego eram cum illo compingens, ego eram

Гл. 6. Ова сила и ово уређење Божанског ума исказани су, према Светом Писму, кроз Име Премудрости. Шта ли може бити мудрије од божанског Разума и Његове Речи? Зато послушај саму Премудрост која се садржи у другом Лицу: „Господ ме је, најпре, створио (creavit) у почецима путева својих, у делима својим, пре него што је створио земљу, пре него што су планине постављене, родио ме је пре свих брегова“ (Прич. 8, 22–25), рађајући и држећи Реч у своме Разуму. Сазнај управо одавде да је Она (Реч) била на помоћи и приликом стварања: „Ја сам била са Њим када је Он стварао небеса... и када је он на ветровима утврђивао престо свој, који је изнад облака, и када је отварао

* Изворник: *Q. Septimii Florentis Tertulliani Adversus Praeaean liber*, the text edited, with an introduction, translation, and commentary by Ernest Evans, London : SPCK, 1948. Наставак из претходног броја (превод поглавља 1–3 објављен је у *Теолошким погледима* XLV, бр. 2 (2012), стр. 215–222, а превод поглавља 4–5 у *Теолошким погледима* XLV, бр. 3 (2012), стр. 431–434).

ad quam gaudebat; cottidie autem oblectabar in persona ipsius. nam ut primum deus voluit ea quae cum sophia et ratione et sermone disposuerat intra se in substantias et species suas edere, ipsum primum protulit sermonem habentem in se individuas suas rationem et sophiam, ut per ipsum fierent universa per quem erant cogitata atque disposita, immo et facta iam quantum in dei sensu: hoc enim eis deerat, ut coram quoque in suis speciebus atque substantiis cognoscerentur et tenerentur.

Сар. 7. Tunc igitur etiam ipse sermo speciem et ornatum suum sumit, sonum et vocem, cum dicit deus, Fiat lux. haec est nativitas perfecta sermonis, dum ex deo procedit; conditus ab eo primum ad cogitatum in nomine sophiae – Dominus condidit me initium viarum; dehinc generatus ad effectum – Cum pararet caelum aderam illi; exinde eum patrem sibi faciens de quo procedendo filius factus est primogenitus, ut ante omnia genitus, et unigenitus, ut solus ex deo genitus, proprie de vulva cordis ipsius secundum quod et pater ipse testatur, Eructavit cor meum sermonem optimum; ad quem deinceps gaudens proinde gaudentem in persona illius, Filius meus es tu, ego hodie genui te, et, Ante luciferum genui te. sic et filius ex sua persona profitetur patrem in nomine sophiae, Dominus condidit me initium viarum

изворе који су под небом. Ја сам била Уметница поред Њега и била Она којој се Он радовао, сваки дан веселећи се пред лицем Његовим“. Јер када је Бог хтео да распореди у својству самосталних суштина и облика оно што је, уз помоћ Премудрости, разместио у самом себи, то је на почетку Он произнео Слово, које има у себи неразделиво Разум и Премудрост јер је кроз Њега све било замишљено и распоређено, тачније, чак и створено у Божијем Уму. Али, то схватање изостаје, да би се, наиме, познавало и самостално постојало у сопственим облицима и суштинама.

Гл. 7. На тај начин је сама Реч добила свој облик и лепоту (украс), звук и глас када је рекао Господ: „Нека буде светлост“ (Пост. 1, 3). То и јесте савршено рађање Слова јер Оно проистиче од Бога, јер је на почетку Бог саздао Слово ради размишљања, а у име Премудрости: „Господ ме је саздао на почетку путева својих ради дела својих“ (Прич. 8, 22). А затим је било рођено ради дејства: „Ја сам била с Њим када је стварао небеса“ (Прич. 8, 27). Реч је имала за свога Оца онога од кога је проистекла и затим је постала Првородни Син, то јест рођени пре свега, Јединородни, јер је Једини рођен од Бога, а наиме из недара срца Његовог, о чему, на крају крајева, и сам Отац сведочи: „Излило је срце моје реч благу“ (Пс. 44, 2). А затим радујући се Ономе који се весели пред лицем Божијим: „Син мој јеси ти, ја те данас родих“ (Пс. 2, 7) и: „Пре Денице (Луцифера) ја сам те родио“ (Пс. 109, 3). Тако и Син са своје стране у име Премудрости исповеда Оца: „Господ ме је,

in opera sua, ante omnes autem colles generavit me. nam si hic quidem sophia videtur dicere conditam se a domino in opera et vias eius, alibi autem per sermonem ostenditur omnia facta esse et sine illo nihil factum, sicut et rursum, Sermone eius caeli confirmati sunt et spiritu eius omnes vires eorum – utique eo spiritu qui sermoni inerat – apparet unam eandemque vim esse, nunc in nomine sophiae, nunc in appellatione sermonis, quae initium accepit viarum in dei opera, et quae caelum confirmavit, per quam omnia facta sunt et sine qua nihil factum est. nec diutius de isto, quasi non ipse sit sermo et in sophiae et in rationis et in omnis divini animi et spiritus nomine, qui filius factus est dei, de quo prodeundo generatus est. ergo, inquis, das aliquam substantiam esse sermonem, spirito et sophia et ratione constructam? plane. non vis enim eum substantivum habere in re per substantiae proprietatem, ut res et persona quaedam videri possit et ita capiat secundus a deo constitutus duos efficere, patrem et filium, deum et sermonem : quid est enim, dices, sermo nisi vox et sonus oris, et sicut grammatici tradunt aer offensus intellegibilis auditu, ceterum vacuum nescio quid et inane et incorporale? at ego nihil dico de deo inane et vacuum prodire potuisse, ut non de inani

најпре, створио (creavit) у почецима путева својих, у делима својим, пре него што је створио земљу, пре него што су планине постављене, родио ме је пре свих брегова“ (Прич. 8, 22–25). И ако по овоме произлази да Премудрост каже како је она саздана од стране Господа ради дела и путева Његових, то је на другом месту показано да „све кроз њега постаде и без њега ништа не постаде што је постало“ (Јн. 1, 3), а тако и даље: „Речју Господњом небеса се створише, и духом уста Његових сва војска његова“ (Пс. 32, 6), то јест оним Духом који је био у Слову. Јасно је да је то једна те иста Сила, која се час назива Премудрошћу, час Словом, која је „постала почетком путева ради дела Божијих“, која је утврдила небеса, кроз коју је све постало и без које ништа није постало што је постало. Довољно смо рекли о томе да се под Словом подразумева Премудрост, Разум, сва Душа и сав Дух Божији, Слово које је постало Божији Син, од Бога од кога је и рођен. Питаћеш ме, дакле, из тог разлога: Ти допушташ да је Слово некаква суштина која се састоји из Духа, Премудрости и Разума. Свакако. Али, ти не желиш да дозволиш да Реч заиста буде нешто самостално, имајући своју сопствену суштину, односно да има својство преко суштине и чак да буде право Лице, и на тај начин је Реч, као установљена Друга по реду после Бога (Оца), кадра да приведе к познању двојице: Оца и Сина, Бога и Слова.

Питаћеш се: Шта је то, заправо, Слово, ако не само глас и звук који долази са уста? И, као што сматрају граматичари, ваздух који се покреће и кога слух прихвата, уосталом, не знам већ, нешто празно и бестелесно? А ја ти велим да ништа празно и безсадржајно не може доћи од

et vacuo prolatum, nec carere substantia quod de tanta substantia processit et tantas substantias fecit; fecit enim et ipse quae facta sunt per illum. quale est ut nihil sit ipse sine quo nihil factum est, ut inanis solida et vacuus plena et incorporalis corporalia sit operatus? nam etsi potest aliquando quid fieri diversum eius per quod fit, nihil tamen potest fieri per id quod vacuum et inane est. vacua et inanis res est sermo dei qui filius dictus est, qui ipse deus cognominatus est, Et sermo erat apud deum et deus erat sermo? scriptum est, Non sumes nomen dei in vanum. hic certe est qui in effigie dei constitutus non rapinam existimavit esse se aequalem deo. in qua effigie dei? utique in aliqua, non tamen in nulla: quis enim negabit deum corpus esse, etsi deus spiritus est? spiritus enim corpus sui generis in sua effigie. Sed et si invisibilia illa, quaecunque sunt, habent apud deum et suum corpus et suam formam per quae saltem deo visibilia sunt, quanto magis quod ex ipsius substantia emissum est sine substantia non erit. quaecunque ergo substantia sermonis fuit, illam dico personam et illi nomen filii vindico, et dam filium agnosco secundum a patre defendo.

Бога, јер Оно (Слово) није произашло од голога и празнога и није лишено самосталног постојања јер је проистекло из такве Суштине и само је створило толике суштине. Ето, само Слово је створило то што је кроз Њега постало. А како може да буде ништа Онај без кога ништа не може да буде, или, како би безсадржајни створио нешто једно, празни пуно и бестелесни телесно? Мада понекад нешто може да постане другачије, што се разликује од онога од чега постаје, али ништа не може да постане од нечега што је празно и без садржаја. Зар би пустим и празним могло да буде Слово Божије, које је названо Сином Божијим, чак и самим Богом? Написано је: „Слово је било у Бога и Слово је било Бог“ (Јн. 1, 1). Написано је: „Не узимај узалуд имена Господњег“ (Изл. 20, 7). Јасно је, тако, да је Оно (Слово) које је „будући у обличју Божијем, није сматрао за отимање то што је једнак са Богом“ (Фил. 2, 6). А какав је то Образ Божији? У сваком случају некакав, а не никакав! Ко ће дакле порицати да је Бог тело, јер још „Бог је дух“ (Јн. 4, 24), тело своје врсте и свога образа. Но ако и све то невидљиво, што год постоји, има у Богу и своје тело и свој облик, преко кога је видљиво само и једино Њему, толико је више вероватно да што је произашло из Његове суштине управо и није без суштине. А каква би била суштина Слова, кога ја називам Лицем и додајем му име Син, и, залажем се и браним то да је Син други после Оца.

Са латинској превео
Радован Пилиповић

Примљено: 16. 4. 2013.

Одобрено: 19. 4. 2013.